

# Materia

# Sexta

precio impetratam. Sed virtus ad cooperandum deo in miraculis in sanctis intelligi potest ad modum formam imperfectam. que intentiones vocatur. quod non prima mens nisi ad plenitudinem agentis principalis. sicut lumen in aere et motus in instrumento. Et talis virtus potest intelligi donum gratie gratis date. que est gratia virtutum vel curationum. ut sic hoc gratia que datur ad operandum supernaturaliter sit illis gratie prophetie que datur ad supernaturaliter cognoscendum. per quam propheta non potest quando quis vult prophetare. sed solum cum spiritus prophetie eorum tangit. ut Gregorius probat in prima omelia super Ezechielem. Nec est mirum si per hunc modum spirituali creatura deus instrumentaliter utatur ad faciendum mirabiles effectus in creatura corporali. cum etiam corporali creatura utatur instrumentaliter ad spiritum in suffocatione. ut in sacramentis patet. Et per hoc patet responsio ad obiecta. nam verum est quod solus deus miracula facit per autoritatem. verum est etiam quod potestatem miracula faciendi creature communicat et secundum capacitatem creature et diuine sapientie ordinem. ita quod creatura per gratiam miracula ministerio operetur.

Solu. ad obiecta patet ex dicto

¶ Ut demones operentur ad miracula facienda

## Vinto queritur. utrum

etiam demones operentur ad miracula facienda

¶ Et videtur quod sic. dicitur enim Math. xxiii. Surgent pseudo christi et pseudo prophete. et dabunt signa magna et prodigia. sed hec non operabuntur nisi per virtutem demonum. ergo demones operantur ad miracula faciendum. ¶ Subito sanare infirmum miraculum est. sicut miraculum fuisse dicitur quod christus locum Petri sanauit. ut habet Luc. iiii. hoc autem etiam demones possunt facere. nam medicine adhibite infirmo sanitatem accelerant. possunt autem demones agilitate sue nature medicinas efficaces ad sanandum quas bene cognoscunt. adhibere ad sanandum. et sic videtur possunt subito sanare. et possunt subito miracula facere. ¶ Facere mutos loqui est miraculum. maius autem miraculum videtur esse quod canis loquat vel canet. quod Symon magus faciebat. ut legitur. virtute demonis. et potest facere miracula. ¶ Matheus valerius narrat quod forme simulacrum quod Rome erat via latina non semel sed bis ita loquutum est bis sibi. Rite me matrone vidistis. ritibus dedicatis. et ante lapides loquantur maius est miraculum quam quod muti loquantur. quod tamen est miraculosum. et videtur quod demones miracula facere possunt. ¶ Legimus in historiis quod quedam virgo vestalis in lignum pudicie seruare aquam in vase pforato de Iyberi portauit. nec tamen aqua perfulsa est. quod fieri non potuit nisi per hoc quod retinebatur aqua ne fluiret aqua non naturali virtute. quod patet esse miraculum in Iordanis diuisione et eius statione. ergo demones possunt facere miracula. ¶ Multo difficilius est

hominem transformari in aliquid animalium. quod aquas transformari in vinum. sed aquam transformari in vinum est miraculum. ut patet Jo. ii. et multo fortius hominem transformari in aliquid animalium. sed demonis virtute homines transformantur in bestias. sicut Clauto narrat socios Diomedis a troia reuerentes in aues fuisse ueros. que longo tempore post circa templum Dyomedis volabant. Narrat etiam quod Circes famocissima maga socios Ulyssis mutauit in bestias. et quod archades quodam stagno perirebantur in lupos. ergo demones possunt miracula facere. ¶ Ad ueritates Job demone agente percurate sunt. quod patet et hoc quod dominus dedit ei potestatem in omnia que erant Job. sed huiusmodi aduersitates in hominibus non sine miraculo contingunt. ut patet in igne de celo descendente. et de vento domini ad interitum filiorum eius euertere. et demones miracula facere possunt. ¶ Quod Moyses uirga in serpentes mutauit miraculum fuit. sed hoc similiter fecerunt magi Pharaonis virtute demonum. ut habetur Exo. vii. et videtur quod demones miracula facere possunt. ¶ Operatio miraculorum magis est remota a virtute humana quam a virtute angelica. sed per malos homines interdum miracula fiunt. Unde ex persona reproborum dicit Math. vii. In nomine tuo prophetauimus et virtutes multas fecimus. ergo et per demones vera miracula fieri possunt.

Contra

¶ Sed contra. tempore antequam demon maximam virtutem habeat ad operandum. quod videtur de Apoc. xi. Operetur illum solum modico tempore. quod intelligitur tempus antequam christi. sed tunc non operabitur vera miracula. quod patet per hoc quod dicitur de Thessa. ii. quod aduentus antichristi erit in omni virtute et signis et prodigijs medicabundis. ergo demones vera miracula facere non possunt.

¶ Rideo debemus quod sicut angeli boni per gratiam aliquid possunt ultra naturale virtute. ita angeli mali minus possunt ex diuina prudentia eos reprimere quam potest secundum naturale virtute. quod videtur Aug. de trini. quedam quod angeli mali possunt facere si permittentur. ideo facere non possunt. quod non permittuntur. Unde secundum hoc ligari dicitur quod impediuntur ab illis agendis ad que eorum naturalis virtus se extendere posset. solum autem cum permittuntur agere diuino iudicio que secundum naturam agere possunt. quedam vero non possunt etiam permittuntur ut ibidem dicitur. quod nature autem motus eis a deo prestatum hoc non permittit. ad hominibus autem que sunt supra facultatem nature ipsorum eis a deo nulla datur potestas. quod cum operatio miraculosa sit quoddam diuini testimonium indicatum diuine virtutis et veritatis. si de motu quod est tota uoluntas ad malum aliqua potestas daretur faciendi miracula. deus falsitatis eorum testis existeret. quod diuina bonitates non deceat. Unde etiam interdum opera faciunt quod miracula hominibus permittuntur a deo ad que eorum naturalis virtus se posset extendere. Sicut etiam ex supra dictis patet.

